

# Bolletí de la Societat Arqueològica Iuliiana

PALMA.—JUNY DE 1913

## SUMARI

I. Capbreu ordenat l'any 1304 dels establiments y donacions fet: per Don Nuno Sanç, de la seu porció, (continuació), per D. Estanislau K. Aguiló.

II. Cartas Reales dirigidas á Lugartenientes, Jurados y Grande y General Consejo de Mallorca, por D. J. Ramis de Ayresfor y Sureda.

## CAPBREU

Ordenat l'any 1304 dels establiments y donacions fets per Don Nuno Sanç, de la seu porció

(CONTINUACIÓ)

Octavo kalendas aprilis anno Domini Millesimo CC. tricesimo quarto

Quinto kalendas may.

293 Petro de monte claro quasdam domos in vico sancti Bartholomey. Et affrontant in via, et ex alia in domibus R. de fralegii, et ex alia in domibus Guillermi de et ex alia in domibus Roberti de guarnal. Ad censum vnius mazemotine. Testes: Guter diez, Ferrarius de olzeto.

Nono kalendas augusti.

294 Raymundo barono quasdam domos in carreiro santi Bartholomei. Affrontant in via, et ex alia in domibus Bartholomei de cosa, et ex alia in domibus picornelli, et ex alia in honore domini Nunonis. Ad censum vnius mazemotine, ad formam aliorum. Testes: P. maior.

Septimo kalendas augusti.

295 Arnaldo trombador et vxori Ermenjardi et filio Arnaldi, quasdam domos. Affrontant ex vna parte in domibus uestris quas tenetis per dominum Nunonem, et ex alia in domibus Petri

de campo magno, et ex alia in ortali barceloni corrigarii et in carraria, et de quarta in via. Ad censum medie mazemotine. Testes: G. lanis, P. bocheti, et P. de moranta.

Idus septembries.

296 Quod nos Raymundus de fonte, bajulus domini Nunonis sancii, auditio clamore et querela multociens G. de someres, qui conquerebatur de Petro benedicto filio Berengarri benedicti de quodam debito quod sibi debebat ratione comande; et nos Raymundus de fonte ratione illarum domorum quas habet dictus Petrus benedictus in porcione domini Nunonis, citauimus dictum Petrum et Johannem de soluina procuratorem eiusdem, et noluit respondere. Deinde citauimus ipsum Petrum iterato per literas nostras quod ueniret respondere dicto Guillermo de someras conquerenti per totum augustum, et non venit nec aliquis loco sui qui eidem responderet. Vnde Ego Raymundus de fonte, habito pleno consilio G. de balneis, R. tensi, et aliorum, mito dictum Guillermum de someres in possessionem dictarum domorum causa contumacie et causa rey seruande, saluo jure, censu et dominio domini Nunonis in omnibus.

Pridie kalendas nouembries.

297 Quod nos Raymundus de fonte cum consilio Astrucg, stabilio per dominum Nunonem sancii uobis Paschasio campsori illum Alfon dicum quod habet in ciuitate Maioricarum in illa uia que uadit ad alfondicum. Et affrontat ex vna parte in via, de secunda in domibus Bn. pelet, de iij.<sup>a</sup> in domos Petri bacon, de iiij.<sup>a</sup> in domos carleuar. Pro iiij. mazemotinis annuatim persoluendis pro censu in festo Pasche;

fatigam x. dierum. Testes: Johannes trauer, G. de someras, Jacobus pilosus, Bn. de saltzet.

Pridie kalendas nouembbris.

298 Raymundus de fonte stabiliuit Raymunde crexelle quasdam domos. Et affrontant ex vna parte in via, ex duabus in honore domini Nunonis, de quarta in vicho angeli. Per vnam mazemotinam. Testes: Martinus Petri.

299 Nuno Sancii damus tibi Arnaldo de mala-gelada et tuis in perpetuum quasdam domos quas habemus in Maioricis, cum algorffa. Et affrontant in duabus uiis publicis, et de duabus partibus in domibus B. marclii. Ut habeatis etc., saluis nobis duabus mazemotinis annuatim in pasche.

iiij. nonas januarii.

300 Nuno Sancii damus tibi Petro ortela et tuis in perpetuum, vnum pati ad operatorium faciendum de illa nostra placia in qua hedificamus operatoria ante domos magistri Johannis. Et ex aliis partibus affrontat in tribus uiis, et in placia que est ante operatoria magistri Johannis, sicut nunc terminamus, et ad faciendum vt habeatis etc. Per vnam mazemotinam annuatim in pasche, ad fatigam x. dierum. [Testes:] Ferrarius saltzet, Raymundus de fonte, B. company.

Tertio nonas januarii.

301 Nuno Sancii damus tibi G. de gordo et tuis in perpetuum quasdam domos in Maioricis ante murum ueterem. Et affrontant in honore domini Nunonis sancii ex tribus partibus, et in carraria. Salua nobis vna mazemotina annuatim in pasche, fatigam x. dierum, et signum perole. Testes: Ferrarius saltzet, G. re poster, Examenus.

302 Nuno Sancii damus tibi B. compan et tuis in perpetuum quoddam pati ad operatorium faciendum in illa nostra placia in qua hedificamus de nouo operatoria, que est ante domos magistri Johannis. Quod pati affrontat in via, et in operatorio Petri ortele, et in resi-duo illius plasie, et in alia placia que est retro illam. Ut habeatis tu et tui in perpetuum per vnam mazemotinam annuatim in pasche, fatigam x. dierum. Testes: Ferrarius saltzet, Ray-mundus de fonte, Petrus antolinus.

Nonas februarii.

303 Nuno Sancii damus in ex cambiis tibi Bal-douino gambert de massilia et tuis in perpetuum, illas duas algorffas nostras quas habemus circa placiam sancte Eulalie, quarum quedam est super quoddam operatorium tuum, et altera super operatorium Geralli cantiola. Damus etiam tibi predictas algorffas per proprium tuum alodium et tuorum; et damus tibi licenciam quod possis in placia ante dicta operatoria construere hedificare et exempliare te tantum in ipsa placia siue carreria quantum nos exam-plati fuerimus in eadem, recta linea, quod tuum opus quod ibi feceris non possit nostrum proce-dere neque nostrum possit tuum procedere. Et recognoscimus quod pro hoc excambio uel mu-tatione das nobis quendam ortum cenia et za-faregio qui est circa domos nostras et est in ortam de macir. Testes: Ferrarius salzet, G. de polegano, B. sibilini.

304 Nuno Sancii fatemur tibi Domingo juglar te emisse quasdam domos in portione nostra intus Almudaynam de Garcia de leyda et Melia matre sua, sicut habetur in carta emptionis, quam tibi laudamus et confirmamus. Vnde vo-lumus quod cunctis diebus uite tue non tenea-ris dare nobis pro censu nisi vnum denarium monete turonense (?). Post obitum uero tuum successeribus tuis teneantur nobis dare totum censem quem inde habere debemus.

Sexto idus februarii.

305 Nuno Sancii damus tibi Raymundo de fonte et tuis quasdam domos in Maioricis in honore quem emimus de carrocio. Et affrontat ab oriente et meridie in via, de ponente in do-mibus de Rochefort, de circio in domibus Johannis de calidis. Per vnum bisancium annuatim in pasche, fatigam decem dierum et sig-num perole. Testes: Ferrarius bertrandi, Guter dies, D.[omingo]

Pridie idus februarii.

306 Nuno Sancii damus laudamus et concedi-mus tibi Bertrando de aran et tuis quasdam domos et ortum sibi continuum ante cequiam in ciuitate Maioricarum. Et ultra hoc damus et mandamus tibi dare in honoribus nostris extra ciuitatem Maioricarum, in honoribus qui sint ad dandum, xx. joatas terre ad comodum et formam aliorum militum, videlicet in honore

quem habemus et etiam dederamus Cer vbran de uolta. Testes: Guter dietz, Garcia Rotz, Raymundus de fonte.

Tertio idus februarii.

307 Nuno Sancii damus et concedimus comuni et Vniuersitati Ciuitatis Maioricarum totam illam placiam ante sanctam Eulaliam, de operatoriis domini Regis, scilicet de domibus bala-guerii, usqne ad opus et tenedonem Petri mercerii quem per nos tenet, et quicquid juris et rationis habemus in dicta platia. Retinemur tamen nobis et nostris illud pati construenda, uidelicet de janua Ferrariai salzet recta linea usque ad viam que transit inter opus Petri martelli et dictum pati, sub tali tamen condicione quod nullus possit operari in eadem aut Cimiterium facere, sct semper remaneat ad seruicium dicti communis et vniuersitatis. Testes: Guter diez, fferrarius saltzat, Guillermus de pelegano.

Idus februarii.

308 Nuno damus uobis Benedecto et Astrugo quoddam operatorium subtus alfondicum. Et affrontat in honore nostro de duabus partibus, et in viis de duabus partibus. Ut habeatis per vnam mazemotinam annuatim in pasche; ad fatigam x. dierum. Testes: Ferrarius salzet, Bn. .... Guillermus de pelegano.

Duodecimo Kalendas marci anno dominii M. CC. XIII. quartio

Hic incipit Ferrarius de olzeto.

309 Ferrarius de olzeto, bajules et procurator domini Nunonis sancii, uendo nobis j:ceff, et juceff filio salamonis, et Dauid filio den Muç, et Abraphim filio de juceff, et Salainoni filio de juceff, et Machalussi filio de juceff et Amar filio de juceff, illum ortum domini Nunonis sancii qui uocatur Rial qui est juxta Ciuitatem, cum omni aqua ad rigandum et fructus et omnibus que intus sunt uel erunt et omnibus sibi pertinentibus usque ad duos annos proxime uenturos etc.

Quinto idus marci.

310 Ferrarius de olzeto bajulus et procurator domini Nunonis sancii, pro domino Nunone et me et successores nostros, confirmo uobis dictis xvij. jugatas terre quas Petrus de agen procurator domini Nunonis uobis dedit in termino de buyola in alqueria uocata beniforani, sicut

melius continetur in tribus instrumentis ex inde uobis a Petro de agen [confectis], quorum in uno continentur xvij. jugate minus quintum, et in aliis duabus iij. jugatis et quintam. Quare per dominum Nunonem et per me [et] successores nostros, juro sub eidem forma dictorum instrumentorum, et habui ex inde a uobis CCl. solidos malguirenses. Testes: Petrus de boscho et predicti.

Quinto idus marci.

311 Ferrarius de olzeto confirmo laudo et concedo uobis viues de fontanelle et vxori uestre Guiraude omnes illas duas jugatas terre et domos quas emistis a B. de podio et vxore sua fferraria in termino de buyola pro precio l. sol. mlg. sicut melius continetur in instrumento emptionis ex inde uobis facto. Item concedo me habuisse ex inde a uobis lxxx. sol. mlg. Testes supra scripti.

312 Ferrarius de olzeto concedo et recognosco uobis B. de uilaro quod uenistis ante nostram presentiam et affirmando dixistis quod amiseras istud instrumentum adquisitionis quod habebatis de ij. jugatis in villa boinnola. Vnde ego inquisita rey ueritate et recognito et uiso capito breui illarum donacionum per dominum Nunonem sancii et suos. . . . (Falta la resta.)

Quinto idus marci.

313 Ferrarius de olzeto, confirmo laudo et concedo uobis Raymundo de Ripol et uestris illas tres jugatas terre quas Petrus dagen procurator domini Nunonis sancii uobis dedit in illo manso qui est apud montaneam ad bastidam quam dominus ibi fecit in termino de beniforani, sicut continetur in instrumento adquisitionis ex inde facto uobis a dicto Petro de agen. Item laudo et confirmo uobis illam sexiam terre et casale quam et quod Magister Johannes notarius domini Nunonis sancii et procurator uobis dedit et assignauit ratione excambii in villa de buyola, sicut in instrumento inde a dicto Magistro Johanne facto continetur. Et habui inde a uobis xx. sol. mlg. de quibus. Testes: B. ferrer, Jacobus sabaterius.

Quinto idus marci.

314 Ferarius de olzeto dono per dominum Nunonem sancii et suos uobis B. fferrarii iij. jugatas terre in illa laboratione que est montaneis super beniforani super collum de soillar et

super podium domini Regis in loco uocato la trescha; ad tascham et decimam et ad fatigam decem dierum, et scribania publica. Testes: Jacobus presbiter capellanus de boiola, R. de ripol.

Tertio idus marci.

315 Ferrarius de olzeto bajulus et procurator domini Nunonis sancii in Maioricis, dono uobis Garsia guera et Dominicho de taust, et uestris, vnam alcheriam uocatam Dalbomarta in termino de campos; saluis Nunoni sancii et suis decimam et tascham, et salua scribania, et fatica decem dierum. Nos jamdicti promitimus sub fide homadii dictum honorem bene laborare et esse recti et fideles. Testes: Petrus de plana, Raymundus de Ripl, Petrus de fabrega.

316 Ferrarius de olzeto bajulus et procurator domini Nunonis sancii in Maioricis, per dominum Nunonem sancii et suos et per me et omnes meos, dono uobis Garsia gonzalbii j. Raphal uocatum alpozuz in termino de Manachor, qui est de tribus jugatis, quod uobis dono in emendam illarum vij. jugatarum que dande restabant de illis xx. jugatas quas dominus Nuno sancii uobis dare debebat pro uestra caualleria in Maioricis, et de quibus uobis ipsemēt dedit xvij. jugatas, solitis condicionibus et jure domini Nunonis sancii sicut continetur in instrumento adquisitionis uestri ab ipso facto uobis.

Septimo decimo kalendas aprilis.

317 Ferrarius de olzeto, bajulus et procurator domini Nunonis sancii, dono et confirmo ad faciendum oratorium et sinagogam ad opus judeorum qui ibi uoluerint orare, illos casalaz qui sunt in portione domini Nunonis sancii in capite carrarii judeorum, sicut modo sunt terminati et sexutati, ita quod possitis ibi edificare sine retento, saluo dominio et fidelitate domini Nunonis sancii. Testes: Vincencius lost, G. comdal subdiachonus, Nauarre.

xvij. kalendas aprilis.

318 Ferrarius de olzeto, bajulus et procurator domini Nunonis sancii et mandato ipsius, dono uobis Stephanus A. de cafaro illas domos que sunt juxta Ecclesiam Nicholay. Et affrontant de tribus partibus in honore domini Nunonis, de tribus in via que transit subtus murum de almudayna, de quarta in vicho qui intrat in domibus supradictis. Ad censum ij. macemotin-

narum in festo pasche, fatigam decem dierum. Testes: Valent, Vicent de xea, P. doscha.

xiiiij.° kalendas aprilis.

319 Ferrarius de olzeto bajulus et procurator domini Nunonis sancii, dono uobis Stephano condamina et uestris j. cortal qui se tenet cum domibus uestris de adoberia, quas tenetis per dominum Nunonem Sancii in Riparia. [Affrontat. . .] in aliis cortalibus domini Nunonis sancii, et in uestris domibus. Salua vna mazemotina censuali in festo pasche, et fatigam decem dierum, et signum perole. Testes: Petrus Antholi, P. garsia.

320 Ferrarius de olzeto, bajulus et procurator domini Nunonis sancii, mandato domini Nunonis sancii damus uobis Magistro Johanni quodam pati ad operatorium faciendum in illa nostra platea in qua hedificamus de nouo operatoria, que est ante domos uestras. Quod pati affrontat in via, et in pati Bng. compani, et in residuo illius placie, et in alia placia que est retro illam. Ut habeatis per vnam mazemotinam annuatim in pasche, fatigam decem dierum. [Testes:]

321 Ferrarius de olzeto, bajulus et procurator domini Nunonis sancii, mandato domini Nunonis, dono et stabilio uobis Ferrarii Gili, hospitalarius hospitalis sancte Eulalie, et Fferrario doscha, illum operatorium uersus domos P. martel. Quod affrontat de tribus partibus in viis, de quarta in platea. Ut habeatis per vnam mazemotinam auri in festo pasche, fatigam x. dierum.

Duodecimo kalendas aprilis.

322 Ferrarius de olzeto, bajulus et procurator domini Nunonis sancii, per eundem dominum dono et assigno ad faciendum oratorium siue sinagogam omnes illas domos quas dominus Nuno sancii habet in vicho judeorum [Affrontant] de duabus partibus in viis, et in domibus Bernardi de pabia, in domibus Petri de plano et de mosse ffrancesc. Ita quod possitis eas meliorare et operari et construere ad uoluntatem uestram, salua tamen fidelitate et dominio domini Nunonis sancii. Testes: B. fferrarii, G. de olzina.

Octauo kalendas aprilis.

323 Ferrarius de olzeto, bajulus et procurator domini Nunonis sancii, per eundem dominum

dono uobis Guillermo balester, R. fulconis, illas domos apud orti Nunonis ad pedem muri orti Regis, saluis domino Nunoni et suis vnum par gallinarum in festo pasche ad censem, et fatigam x. dierum. Testes: B. de gerunda, A. de malagelada, G. boti.

Anno Domini Millesimo Ducentesimo Tricesimo Quinto

Tertio kalendas aprilis.

324 Ferrarius de olzeto, bajulus et procurator domini Nunonis sancii, per eundem dominum concedo laudo uobis Jacobo de bargagi quasdam domos cum calcinariis. (1) Et affrontat ex vna parte in via, de alia in calcinariis quos Rotlan de cambrils tenet per dominum Nunonem, et de iij. et iiij. in calcinariis quas Peretus (?) tenet per dominum Nunonem. De censu ij. mazemotinas in auro, fatigam x. dierum, in festo Pasche censem. Testes: Lorens de barchinona, Vicens de xea, G. de olzina. (Afagit, de lletre posterior: Fuit reparatum dictum instrumentum per A. omberti bajulum Majoricarum xv. kalendas decembris anno domini M° CCC° Quinto, presentibus testibus fratre Petro de colle ordinis cistarcensis et Anthonio Ramis, et Bng. de manso.)

Tertio nonas aprilis.

325 Ferrarius de olzeto, bajulus et procurator domini Nunonis sancii, per eundem dominum et suos dono uobis Micheli de pampalona, corredono maionchar, et uestris quasdam casalaz in Ciuitate Maioriche, in portione domini Nunonis, in costa super pontem superiorem. Et affrontat de vna parte in domibus den Migalo, in riparia, in via, in domibus B. pol. De censu medium morabatin in festo pasche, et fatigam decem dierum etc. Testes: Arnaldus de bassia, G. de balneys, G. de bolmers (?)

326 Ferrarius de olzeto, bajulus et procurator domini Nunonis sancii, dono uobis Poncio calardi et vxori uestre Bartholomeue, vnum operatorium. Et affrontat in via que est infra hugulini, de alia in orto Magistri Johannis, de tercia in tenedone Johannis trauer et ser Ogoli piza, de iiij. in via que transit juxta Riariam. Ad censem vnius morabatini in festo pasche, fatigam x. dierum. Testes: Petrus des soler, Raymundus de uich, B. de geronda.

(1) Diu: calomariis.

327 Ferrarius de olzeto, bajulus et procurator domini Nunonis sancii, dono uobis Hugoli piza jenoues. . . . (1) ortum Magistri Johannis, in alio pati Johannis trauer, in Riaria, in orto magistri Johannis, in alio pati Poncii calard. Ad censem ij. morabatinorum, fatigam x. dierum. Testes predicti.

Idus aprilis.

328 Ferrarius de olzeto, bajulus et procurator domini Nunonis sancii, dono uobis Johanni trauer j. troz de terra juxta Ecclesiam sancti Petri. [Affrontat] in alio pati Hugolini, in Ecclesia sancti Petri, in via, in orta magistri Johannis. Ad censem ij. morabatinorum, fatigam x. dierum. Testes: (En blanch.—Al marge: B. de garrigia.)

Quinto kalendas madii.

329 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, dono uobis Raymundo folcoalt vnum operatorium et vnum pati sibi junctum. Et affrontat pati in Riaria, et in operatoriis dicti Nunonis, et in ortali suorum balneorum, in via, in Riera. Et operatorium in uia, in operatoriis Petri mato, in pati et ortali balneorum. De censu iiij. morabatinos in pascha, et fatigam x. dierum. Testes: G. renaud, Siimon Riudeaueylles.

Duodecimo kalendas madii.

330 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, per dominum Nunonem sancii dono uobis Petro solerio et Marie vxori uestre et uestris, quasdam domos in ciuitate Majoricarum, in porcione domini Nunonis sancii. Et affrontat in domibus B. de riuo hulmorum, in via publica, in domibus Bn. bo macip, in via. De censu medium mazemotinam in festo pasche contra fram. . . et fatigam etc. Testes: Petrus de sancto cerni, B. de gerunda, B. dentas.

Octauo idus madii.

331 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, per eundem dominum Nunonem sancii dono uobis Johanni de uerdelay et Francischo, et vxori uestre Hisambel, et uestris, quasdam domos in ciuitate Majoricarum in porcione Nunonis sancii ante carniceriam domini Nunonis sancii. Et affrontant de

(1) També aquí l'escrivent se degué menjar una o dues retxes del original.

vna parte den tebat jenouensis, in domibus quas tenet Palay nuniz, in ferreria, in platea. Testes: B. de gerunda, Petrus Domingo infantis.

332 Ferrarius de olzeto baiulus et procurator domini Nunonis sancii, per eundem dono uobis Guillermo den Alegre et uestris, vnum operatorium in ciuitate Maioricarum. [Affrontat] in via, in operatorio Raymundi saumater, in operatorio Nunonis, in orto falconis. Saluis de censu iij. morabatinis in festo Pasche et fatigam x. dierum, etc. Testes: Jacobus gualt, Guillermus macias.

ijij. idus madii.

333 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis, dono uobis magistro Johanni notario domini Nunonis sancii, vnum pati in platea domini Nunonis ante sanctam Eulaliam. De censu vna mazemotina in pascha, et fatiga x. dierum. Testes: Bisuldunus.

Tercio idus madii.

334 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, per eundem dominum dono uobis Guillermo de balneys et uestris, duo hospicia sarracenica que se tenent in porcione que fuit den Carroz, qua modo habet dominus Nuno sancii, in carriero quod est circa Ecclesiam sancte Marie belli podii. Et affrontant in carria publica, et ij.<sup>a</sup> parte in domibus Berengarii Rubeo, et de ij.<sup>a</sup> parte den Narbo, de quarta parte in honore domini Regis, etc. Census j. par gallinarum in festo natalis domini, fatigam decem dierum. Testes: ff. de granata, J. de canto, P. caf.

Pridie idus madii.

335 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis, concedo et uolo et dono licenciam ex parte domini [Nunonis] uobis Hugulino pizano quod aperiatis januam in illis domibus nostris que habetis [in] vico dels prouenzals, et aperiatur in illo vicho maiori de prouenzals sine preiudicio domini Nunonis et suorum. Et habui a uobis inde xx. solidos. Testes: Petrus giner, Johannes trauer.

Septimo kalendas junii.

336 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, per eundem dominum dono uobis Berengario de pulcro uicino et uestris, quendam casalas in ciuitate Maioricarum.

Et affrontat in domibus quas Guillermus des colel et Guillerma vxor sua adquisiuit de domino Nunone, in via, in domibus Guillermi jacme, in orto Marie tauernere. De censu j. mazemotinam in festo Pasche. Testes: G. ebri, Petrus sauila.

337 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, per eundem dominum dono et stabilio uobis Petro zauila quasdam domos et ortale quod cum eis se tenet in ciuitate Maioricarum ante cequiam. Et affrontat in tabulis Comitis de empuries, in Cequia, in tenedone domini Nunonis. De censu iij. mazemotinas in festo pasche, et de introitu C. solidos. Testes: G. boti, Bn. Bonet.

Kalendas junii.

338 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, per eundem dominum Nunonem dono uobis Guillermo de barneres et uestris vnum operatorium in vico nouo in portione domini Nunonis. Et affrontat de vna parte in operario Guillermi den Alegre, in orto falconis, in operatorio domini [Nunonoris] sancii, x. dierum. Testes: G. bou, P. A.

Nonas junii.

339 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, ex parte eiusdem domini dono uobis Ser rotlando et uestris quasdam domos in vico sancti Bartholomei. Et affrontant in via, in domibus que fuerunt Petri zafrabega, in domibus Guillerme, de iij. in domibus Roberti guarnad. De censu j.<sup>a</sup> mazemotina, et fatigam x. dierum. Testes: Berengarius darens, Bng. de gerunda, P. macip.

340 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, per eundem dominum dono uobis Bn. galindo, et vxori uestre percone, et uestris, ij. cortals qui tenent in porcione domini Nunonis in vicho prouincialium. Et affrontat in duabus uiis, de aliis duabus partibus in honore Nunonis sancii. De censu j. mazemotina in festo pasche, et fatigam x. dierum. Testes: Guillermus de soleano, B. sutoris. (Al marge, de lletra posterior: de la illa den G. pont santras y den bergues.)

Sexto kalendas julii.

341 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, dono uobis Saltelo de

bertzelay et uestris, medietatem illius placie que est in portione domini Nunonis sancii, que includitur infra iij. vias publicas et aliam medietatem platee, quam habent Bng. de ledo. Et fatigam x. dierum. De censu ij. mazemotinas. Testes: Bn. saual, Bn. de olzeto.

vj.<sup>o</sup> kalendas julii.

342 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, per eundem dominum Nunonem sancii et suos, dono uobis Bng. de ledo et Arnaldo de ledo medietatem illius platee quam dominus Nuno sancii habet in ciuitate Maioricarum in vico dels cambis, que se tenet cum alia medietate quam habet Saltel de berzelay per dominum Nunonem sancii. Et affrontat de iij. partibus in viis publicis, de alia in partita dicti Saltel de berzelay. De censu ij. mazemotinas, et fatica x. dierum etc. Testes: super scripti.

Sexto idus julii.

343 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, per eundem dominum Nunonem et suos dono uobis Bn. roca et uestris quasdam domos in vico sancti Bartholomey. Et affrontat in domibus Guillermi sartre, in domibus Roberti de guarnad, in via sancti bartholomei, in domibus quas tenet Guillermo na den vicens. De censu j. mazemotina in festo pasche domino Nunoni, et fatigam x. dierum etc. Testes: G. de peleya, G. tauerner, R. tos.

Sexto idus julii.

344 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, per eundem dono uobis Petri castanina et vxori uestre Columbe et uestris, quasdam casalas. Et affrontat in tribus viis publicis, in aliis cortalibus Galindo et vxoris sue pericone. De censu j. mazemotina in festo Pasche, et fatigam decem dierum, etc. (Falten els testimonis.—Al marge, de lletra posterior: illa den G. pont santras y den bergues.)

Duodecimo kalendas augusti.

345 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, per eundem dominum dono uobis Tibaudo de caorz et uestris quasdam domos in porcione domini Nunonis que se tenent cum uestris. Et affrontat de duabus partibus in duabus viis publicis, de terza in domibus nostris, in domibus Petri cantelenerii. De censu vna mazemotina in pasche, et fatica

x. dierum etc. Testes: Jacobus de zafaregio, Bng. Ferrarii, Petrus de piano.

Duodecimo kalendas februarii.

346 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, dono uobis Marie de torcio et uestris, iij. operatoria conjuncta cum solerio eorum in porcione que fuit carroci que modo est Nunonis sancii. [Affrontant] in via, in domibus G. de sancto Petro dor., in via Cequie, de alia in domibus G. de sancto Petro dor. (sic) de censu iiiij. mazemotinas in festo Pasche, et faticam x. dierum. Testes: Berengarius darens, Arnaldus angeli, Johannes garsia.

iiij.<sup>o</sup> kalendas julii.

347 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, per eundem dominum dono uobis ferrario Dominico infantis, et uestris, medietatem illius Mesquide cum illis domibus sibi junctis qua et quas dominus Nuno habet in Ciuitate maioricarum in vico zabaterie et ferrerie infra operatorium Bernardi de brossa et domos Petri de segarra et operatorium Petri pictoris et uiam ferrerie et sutorie et uierorum quo itur infra ferreriam et dictam donationem. De censu iij. mazemotine et dimidia domino Nunoni et suis in festo Pasche, et fatigam x. dierum. Testes: Bng. darens, Andreu guibert, Bng. de gerunda.

Tercio kalendas julii.

348 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, per eundem dominum dono uobis Bernardo nauarre aliam medietatem remanentem dicte donacionis. Testes: subscripti.

Venit Ferrarius de Olzeto kalendas Marci anno Domini M.<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> xxx<sup>o</sup> sexto.

349 Idem uobis Petro de sangossa vnum operatorium juxta balnea domini Nunonis ad pontem jusanum. Et affrontat in operatoriis G. tauerner, in cortali balneorum, in Riera et in via. Ad censem j. morabatinum in festo pasche etc. Testes: B. boti, R. de fonte, Dominicus falzo.

ix.<sup>o</sup> kalendas aprilis anno quo supra.

350 Ferrarius de olzeto dono uobis Galindo et vxori uestre Perete unum pati in ciuitate Maioricarum extra Riariam. Et affrontat in via, in domibus Petri satorre quas dominum Nuno.

nem tenet, in domibus sancti Johannis, in domibus uestris quas jam tenetis per dominum Nunonem. Ad censum medie mazemotine. Testes (en blanch.)

ix.<sup>o</sup> kalendas aprilis.

351 Ferrarius de olzeto dono uobis Petro satorre j. pati in ciuitate Maioricarum extra Riariam. Et affrontat in pati Bn. Galindo, in duabus viis, in domibus quas tenetis per dominum Nunonem. Ad censum medie mazemotine in pascha, ad fatigam x. dierum. Testes: (en blanch.)

352 Idem uobis ferrario de bera quasdam domos ante plateam domini Nunonis. Et affrontat in via de duabus, in domibus Raymundi ferrer, in domibus Bernardi zariera. Ad censum vnius morabatini in festo pasche. Testes: Guillermus boti, P. zuilla.

353 Item dono uobis Ferrario de bera quodam operatorium in loco ubi modo est maceillus, quod operatus sitis quandocumque operabitur platea domini Nunonis ubi modo est carniceria. Ad censum vnius morabatini in festo pasche, et fatigani decem dierum. Testes (en blanch.)

354 Item dono uobis Paschali guasch duo operatoria contigua que modo sunt pati cum platea sancte Eulalie. Et affrontant de duabus partibus in viis, in operatorio domini Nunonis, in honore domini Nunonis. Ad censum duarum mazemotinarum in pasche, et fatigam x. dierum; ad meliorandum et operandum etc. Testes: supradicti.

Anno incarnationis Domini Millesimo CC. xxx. vij.

Nono kalendas madii.

355 Ferrarius de olzeto dono uobis Petro de saragoza quasdam domos in ciuitate Maioricarum in porcione domini Nunonis juxta domos Bn. de pau et Ecclesiam sancte margarite. Et affrontat in domibus Bn. de pau, in via, de aliis partibus in porcione domini Nunonis. Ad censum vnius mazemotine in pascha, et fatica x. dierum.

Sexto decimo kalendas julii.

356 Ferrarius de olzeto dono uobis Johanni lo petit francigene et Marie uxori uestre, quas-

dam domos in Ciuitate Maioricarum, cum orto eis coniuncto subtus Almudaynam. Et affrontant de duabus partibus in viis publicis, in domibus Johannis Pelliparii, in honore Alaman- di de sadoa quas tenet per dominum Nunonem. De censu quatuor morabatinos in festo Pasche, et fatica x. dierum. Testes: Guillermus boti, Bng. ff., Magister raolp.

xv.<sup>o</sup> kalendas julii.

357 Ferrarius de olzeto, recepto mandato domini Nunonis sancii, dono uobis Orie vxori Dominici falzo, et filie uestre maioribus diebus, [tam]quam (?) heres de Guter deys, et uestris, quasdam domos in ciuitate Maioricarum in porcione domini Nunonis. [Affrontant] de duabus partibus in domibus domini Nunonis, in via platea, in via cequie. Et quod de censu j. bisancium in argento domino Nunoni in festo pasche, et fatica x. dierum. Testes: P. de rupe, Vitalis guasch, Raymundus de oulesa.

358 Ferrarius de olzeto, dono uobis Simoni Petri scribano quasdam domos cum orto et cortalaciis que ibi sunt in ciuitate Maioricarum tafanam (sic). Et affrontat in domibus Nunonis sancii, in duabus viis, in medina, in androna que est inter ortum Calectani et ortum qui est in predictis domibus. De censu ij. mazemotinas in pasche, et fatica x. dierum. Testes: P. de pauo, Poncius de olzeto, G. boti.

Sexto nonas julii.

359 Ferrarius de olzeto dono S. P. scribano et uestris quasdam domos in Ciuitate Maioricarum in porcione domini Nunonis juxta Alfundicu Bng. asopardi. Et affrontat in via, in domibus uestris quas jam tenetis per dominum Nunonem, in domibus Arnaldi de toguriis, in domibus Ser asalt. De censu uno morabatino in festo pasche, et fatica. Testes: Bn. de podio, Gastauino de castello, Bng. darenys, A. garcias.

xij. kalendas augusti anno Domini Millesimo CC. xxx. vij.<sup>o</sup>

360 Ferrarius de olzeto dono uobis stephano grassa quasdam domos cum quadam retrocuriali qui se tenet cum ipsis domibus in ciuitate Maioricarum in porcione domini Nunonis in vico ubi stant prouinciales. Et affrontant in via, in domibus Bn. destasano, in domibus Andree prouincialis. De censu una mazemotina in festo

pasche, et fatica x. dierum. Testes: Petrus de rupe, G. boti, A. de anoilla (?).

iiij.<sup>o</sup> kalendas augusti.

361 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, dono uobis Raymundo fferrario et Arnaldo filio uestro, quasdam domos in ciuitate Maioricarum, in platea sua ante macellum suum. Et affrontat in domibus domini Nunonis quas olim dederat Guter dies, in domibus ferrarii de berga, in honore predicti domini Nunonis, in via platee. Ita quod detis de censu domino Nunoni j.<sup>a</sup> mazemotina in festo Pasche, fatiga x. dierum. Testes: G. boti, P. de villa, ff. de berga.

362 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis, dono uobis Guillermo caldero quasdam domos in Ciuitate Maioricarum in portione domini Nunonis, cum operatorio quod cum ipsis se tenet. Et affrontat in via, in domibus Raymundi fferrarii, in duabus partibus in domibus Bn. de riera. De censu vno morabatino in festo Pasche, et fatica x. dierum. Et habui a uobis Cx. sol. Testes: Petrus de villa, G. boti, Bn. sancii.

Octauo idus februarii.

363 Item dono uobis Guillermo boti illas domos uersus placiam domini Nunonis que fuerunt Guterdiez. Et affrontat in domibus Orie et filie sue maiorum dierum, in via, in domibus domini Nunonis que fuerunt Guterdiez, in domibus Guiilermi caldero.

364 Item dono S. ancillino illum ortum quod dominus Nuno habet in ciuitate Maioricarum alazoc cum platea que ibi est. Et affrontat (en blanch.) De censu iiij. morabatinos in pasche et fatica decem dierum. Testes: (en blanch.)

Hic incipit Raymundus carles.

Tertio nonas augusti anno Domini Millesimo Ducentesimo  
xxx.<sup>o</sup> nono.

365 Nuno sancii damus uobis Pelay noniz militi nostro, in concambio domorum et partis illius ortis tui que nos accipimus a te et tu nobis gratis exco<sup>n</sup>utas, x. mazemotinas censuales quas teneas per nos in feudum et habeas illas eadem modo et ratione pro nobis sicut habes donationem a nobis istius honoris nobis comutati et aliarum domorum quas pro nobis tenes. Quas mazemotinas assignamus tibi et tuis habendas

et accipiendas annuatim septem videlicet in illis domibus et operatoriis que tenet Bartholomeus de villafranca carnicer pro uobis, et vnam mazemotinam in illis domibus et operatoriis quas tenet Pedritxolus per nos, quas emit de Bn. de cabestany et de Casteluis, et ij. mazemotinas in illis operatoriis que tenet Stephanus pro nobis circa domos Magistri Johannis in placia sancte Eulalie. Promitimus etiam quod non faciemus operatoria in carrerio illo ante parietes tuos uersus partem tuam, et quod tu possis aperire portallos in pariete tuo et facere ibi operatoria in tuo si uolueris. Promitentes quod faciemus tenere et habere; et mandamus illis qui dictas domos et operatoria tenent pro nobis quod respondeant tibi sicut nobis in omnibus, excepto dominio quod nobis retinemus. Habeatis laudimio. Testes: Rotlandus layn, fferrarius alamaya, frater Bertrandus, Bn. de pauo, fferrarius de olzeto recipiens, et ego Petrus nuniz.

Tertio nonas martii anno domini  
Millo. CC.<sup>o</sup> xxx.<sup>o</sup> ix.<sup>o</sup>

366 Ferrarius de olzeto, baiulus et procurator domini Nunonis sancii, ex eius parte dono uobis Vmberti de turribus et ferrario picany? et uestris, quod possitis ampliare viam in domibus uestris et easdem domos astringere de vno usque ad duos palmos in illa fromtina? dictarum domorum uestrarum que aspiciunt uersus domos et furnum ferrandi petriz de pina et domibus bn. eymerici et bn. sacunya et illa carraria publica que mouit de casalacibus et itur ad mare. Testes: Bn. de olzeto, Petrus de pla.

Nouo kalendas aprilis.

